ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 18r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



in faucibus / Atq; ut expedita sit lingua
et os absolucius / expressiorq; sermo
Nomina quedam preceptores tui / versusq;
offerent tibi / affectate difficultatis / ex
pluribus et asperrime coheuntibus inter
se sillabis / concatenatos / et veluti confra-
gosos / quam citatissime ut voluas atq; pronuncies
Nam et demosthenes cum lingue tardioris
esset. acceptis in ore lapillis / solus sibi pro
nunciabat orones / quibus emissis facillime
ac expolite in senatu demum concionabatur.

Quod sermo regis semper debeat esse honestus

His postquam preceptis institutus fueris / equales
tuos oracionis ornatu gravitateq;
superare contendes / ut victor euadas / tum in
hoc tum in omni laudabili exercicio / dolebis
vinci. Vincere gaudebis. licet enim ipsa vicium
sit ambicio / frequenter tamen causa virtutum
fuit. et ille mirum commendandus est
puer / quem laus excitat / qui victus flet
quem gloria iuvat / Absit autem in omni ser-
mone turpitudo / quoniam actionis umbra
ut ait democritus extat oracio / corrumpuntq;
bonos mores ut Apostolus ait / Confabulaciones
male / quod ex menandro receptum hieronimus
astruit / Et quoniam plerumq; sermones / qui festi-
vitatem habent / latenter aliquid admittunt
mali / ut venena melle permixta bibantur
In omni turpiloquio / est imitandus Ulixes
qui ceras affixit auribus ne syrenarum cantus
exaudiret Assit in colloquendo facilitas